

Z c  
5587

• ( 1 ) •

NOBILISSIMO DOCTISSIMO QVE  
V I R O  
GEORGIO HENRICO MARTINO  
LIBERALIVM ARTIVM MAGISTRO

S. P. D.

JOANNES FRIDERICVS NOBISIVS

A. M. ET CON-RECT. ZVICKAVIENSIS.

In eo super eum essem, Amice Carissime, ut aliquod facerem iter, non illud quidem tam longum, quam superiora illa, sed quod tamen ad meas, ut nunc sunt, rationes literatas aliquantum spectare videbatur et valere: venit ad me epistola TVA plena re deliciarum, ita querelarum; in qua non modo, quid sit quod tamdiu silentem? miraris, et cum aliqua querela quaeris, verum etiam certiore me facis, TE, meas delicias, summos esse philosophorum honorum gradus proxime assequuturum. Qui duplex nuncius dupliciter me adfecit; dolore akter, alter gaudio. Atque de priore illo quidem genere, quod de silentio mecum exposutas, satis, ut arbitror, purgatus TIBI iam ero, nisi quidem, quod bis accidit, tertium itidem nobis nec opinantibus euenit, ut, quas TIBI miseres trium verborum literas minus recte acceperis. Sed haec hactenus. Venio ad rem ipsam, hoc est, gradum honoris philosophici amplissimum. Quem ego cum adsequerer ante hos acto annos, memini, a TE accipere gratulationem et amoris, et eruditiois plenisimam. Quamobrem, ubi primum TVVS de TWO proxime futuro honore nuncius ad me venit, venit etiam mibi in mentem cogitare de meo TIBI debito officio, quod, ut par pari referam, suo quidem iure videbatur postulare. Neque enim adeo sum aut immemor, ut, quae acceperim beneficia, facile oblituscar; aut ingratus, ut ea, si qua facere possum ratione, remunerare nolim: Illud me angebat et male habebat, quod erat periculum, ne satis defungi hoc officio possem. Instabat iter; instabat dies TIBI honorificus; instabant praeter meas illas publicas priuatae quadam occupationes et literatae et domesticae. Tum habebam in manibus aliquod opus duplex, quod ego libenser, si qua fieri posset, perficerem; sed quod, ut principia dant sepe nimis turbulentia, depositum de manibus resumere vix potero. Fit enim, nescio quomodo, ut, si quid literatas rei cogito exarare, coepitis interuenire soleas occupationum

(\*)

con-

15-263

concurſus tantus, ut nunquam maior. Iam vero ad has turbas accedie noua quacdam res, eaque nec opinata, ut me iam ex itinere reducem factum conueniat viſatque communis aliquis amicus, cui per aliquot annos non viso, facere non possum, quin iucundo hospiti buspes non inhumanus temporis aliquid triviam.

Haber, mi MARTINE, quid sit? quod, si plane nihil ad TE gratulatio- nis mittem, mirari non debebas. Atque etiam practerea, quod aliud ex alio me impedit, unde me expedire nec hodie quidem satis possum, est aliquod aliud, quod, ut consilium TIBI gratulandi fere totum abiciam, probe abest, quira faciut. Ut enim uno verbo, quid sit illud, expediam, satis apud animum meum constituere in re trepida non possum, quo potissimum modo TIBI gratuler. Pri uatinne an publice? Si publice, num quo carmine, ut olim TV mihi? An com- mentatione quadam? An denique nuda quadam epiftola? Publice mallem; ut et pari referam, nec parce nimis, aut arroganter facere velle videar. Car- mine nec volo, nec possum in praefenti tempore. Nolo, quia nimis est perui- gata res, et quae minus expectationi TVAE responderet. Non possum, quia, quae sunt carmen scribenti prope necessaria, secersum et otia non habeo, tum habeo, quod mihi meaque musae ex hac parte proficiam; atque, ne quid tec- mere mihi excidat, caueam. Sunt enim, quod nunquam putau, qui me ali- quem poetam dicunt esse. Num, quod dicunt, sentiant, et vere sentiant, minus laboro; dicunt certe quidem, atque scribunt hoc etiam de me. Vide, quam sint homines in suis ipsorum et vitiis et virtutibus cognoscendis coeci. Ego sal- tem, nec unquam antea, quod ipse nosti, nec iam adhuc in me cognoui aliquam probabilem poemata condendi facultatem. Versus enim pangere, hoc est, ver- borum pedestris sueper nolentium aciem equestrem instruere, id vero nec facul- tas probabilis, et ars est peruiulgata. Componere autem poemata; hoc est diui- niore quodam adflatu, veterum, corundemque optimorum quorunque poetarum more, ea proferre, quae scite excogitata, scis iusque enunciata homines in admiri- rationem sui rapiunt, hoc vero opus, hic labor est, nec communis multorum, et mihi profecto non proprius. Nihilo tamen minus, quod dixi, fuerunt, et illi qui- dem nec illiterati et recte intelligentes, qui mihi, vel inscienti et inuito ita hoc tribuerunt, ut et colligendorum publicandorumque meorum carminum, quae La- sus Iuueniles inscripsi, auctores mihi fuerint, et, quod magis sum miratus, igno- to mihi scripserint, meamque facultatem, si diis placet, poeticam laudibus ex- tul.rint. Atque vel bis ipsis diebus, quod praefſcine dixerim, nec opinatus lite- ras accepi laudis et humanitatis plenissimas ab eruditissima quadam et genero- ſae genitrix matrona, quae mihi nomine tantum nota, suis nec meritis laudibus bone-



honestat carmen meum illud praecipue, quod in obitum beati Ducis bellici de ROEMER, ex officio tanquam aliquod symbolum adieci reliquis nostrorum Colle giorum carminibus, in quo, quam vere Romanus fuerit ille, ex virtutibus Romanis istis quatuor principalibus, quam vere Christianus, e christianis ipsis propriis virtutibus monstratum iui. Quod ego non tam gloriae causa, (quanquam apud TE, veterem amicum amico gloriari licet) sed ideo adieci, ut, quam non temere debeam postbac carmina scribere, intelligas. Quod si enim vel eiusmodi sym bula mea meas musae fautores faurientesque iam dicunt esse poemata, quid non expectarent a me, si quem ad Artium Magistrum Magister scribebam, ipsique honorem hunc vero magistro dignis versibus gratulari publice vellent? Quare, si ve sit falsa illorum de me opinio, siue, quod ipse dubito, vera: committere sans non debeo, ut aliquod promam eiusmodi, quod nec ipsorum expectationi, nec nostrae utriusque dignitati satis respondeat, et faciat tamen, ut mihi metipse adu bari, tum, quod illi de me opinantur, ac dicunt scribuntque, id re ipsa ostende re, aut ostendare magis velle videar.

Vides, mi MARTINE, quid sit, quod ego TIBI gratulari, publice illud quidem, neque tamem carmine quadam volui potuique. Sequitur, ut, quare nuda quadam epistola, non iusta quadam commentatione gratuler, exponam. Quanquam, quorsum haec dispuo? neque enim aut communis nostra, eaque non supera, sed perverius amicitia patitur, aut TVA modestia, ut, quam non pos sim, quod velim, TIBI mittere doctum nescio quod opus, longa oratione doceam, vel, quod profecto non postulas, excusem. Excusat me, proque me loquitur res ipsa, atque etiam hanc officii partem omissem

Excusat breuitas temporis ipsa meam.

Est enim illud in angustius, quam initio putabam, sciebamque, spatium, neque in unum aliquem diem, sed, quoniam operae et vectores properant, iam in paucissimas etiam horas conclusum. Quare vel adsidente etiam illo meo, quem dixi, amico, vel potius, vere ut dicam, scribebente hanc ipsam, quam illi dicto epistolam, manum operi admoueo, atque, ne TE, meque longis ambagibus ultra, quam par est, teneam, in arcem rei ita inuado, ut quod mihi primum in mentem venit, scribi iubeam; et illo quidem sermone scribi, qui, quoniam mihi iam quotidianus, maximeque familiaris est, citissime, ut aliqua, qualis eacunque demum sit, gratulatio nascatur, faciet. Et quoniam in mentem venit, nec pri vatim satis eam mittere, (typis enim imprimi tamen curabo) nec satis publice, (publicari enim ulterius hanc paucorum exemplorum epistolam, et cum homini bus pluribus, quam TIBI mibique amicissinis communicari nolo:) ponam TIBI ante oculos hanc epistolam in forma, ut Papaci barbari dicunt, semi-publica

Quo in genere ita versabor, ut, quoniam non iustum, quam tractem, materiam  
mibi subiicio, sed quo me cunque rapit tempestas, deferor, primo loco de TE,  
tum, quod nec male interpretaberis, et lubenter olim saltem audiuiisti legisique,  
de me verba faciam. Atque TIBI quidem amico amicissimus gratulabor: de  
me vero quedam TIBI scribam literata, quae in superioribus meis epistolis  
maximam partem familiaribus attingere vel per temporis breuitatem, vel per  
rerum non nisi nuperrime gestarum, aut visarum potius auditarumque nouitatem  
adhuc scribere non potui.

Iam de TE carissimo mibi homine quid mibi putas iucundius accidere  
nunciarique potuisse, quam id, quod tandem, sero licet, in animum induxisti,  
ut, peractis in academia iam nouem circiter annis, summos in philosophia ho-  
nores capeseres. Etsi enim fere, quae minus expectantur, lactiora dicuntur  
esse, tamen hic de TWO honore nuncius iamdudum expectatus irleo mibi lae-  
tissimus est, quia TIBI iam longo abhinc tempore, ut eum capeseres, auctor  
fui suaforque. TV vero, quæ es modestia, ut in omnibus, ita literatis potissi-  
mum rebus rem ipsam semper, hoc est, doctrinam et eruditionem, quam rei si-  
gnum externum, hoc est, aliquos honores præceptasti, ut parum abesset, quia  
quod alii summum ac primum iudicant, id TV in omni vita multorum move-  
negligere velle, atque adeo liberalium artium semper esse minister, Magister dici  
velle nunquam videreris. Quamobrem magnopere habeo, quod et TIBI, et  
mibi gratuler; TIBI, qui mutato priore consilio honorem ipsum hodie capessis;  
mibi quod ad mutandum consilium consilio meo, meoque exemplo aliquid contu-  
tissis, atque adeo tandem TE compulisse mibi videor. Nunc habet omnis gra-  
tulatio, n̄ s̄quidem ex ore magis, quam ex corde profiscitur, triplex potissi-  
mum vim: Primam illam, ut, quam gratum sit nobis id, quod alteri quasi  
praeteritum contigit, significemus, tum, ut gratias agamus communes, quasque  
praesentes Deo, pro illa, quo quem adfecit beneficio, denique, ut pro futura al-  
terius felicitate ac salute Deum precerum, et ita precernur, ut, hoc potissimum,  
quod illi euenture iustit, beneficium, maxime iubeat esse diuturnum, maximeque  
fructu:sum. Haec igitur triplex ratio quam in me cadat, quamque, ut a pri-  
mo ordiar, gratum mibi sit eorum, quibus TV frueris, bonorum genus omne,  
tum illud maxime, quo proximis his diebus potitus es, vel inde poteris cognosce-  
re, quod, si cuiusquam unquam, TVA certe causa vehementer cupio debeoque.  
TV enim non ex breui nescio quo tempore, sed iam quindecim amplius annos  
mibi cognitus, semper talis mibi visus es, qualis, qui et ad summae quaenam vul-  
adspirare in litterarum doctrina, et qui in amicitia colenda singularē tenet ar-  
tificium, esse omnino debet. Neque vero vel in hoc genere, vel si quid amplius

in laudem *TVAM* dicturus sum, quidquam *TVIS* auribus dare videri velo.  
 Est enim adulatio et haec ipsa vacuitas, quam in TE ipso summam, ne dicam  
 solam semper cognoui, et illud vitium, quo *TV* in aliis nullum magis es asper-  
 natus: veritatis autem studium illud est, quod et *TVI* ipsis semper esse co-  
 gnoui proprium, et in aliis a TE fieri plurimum. Quae ratio, nisi quidem fal-  
 lor, ipsa illa ad amicitiam nostram et ingrediendam princeps exitit, et ad con-  
 seruandam adiutrix maxima. Nam si, quo maior est animorum studiorumque  
 similitudo, eo maior amicitia: mirari nec *TV* debes, nec solitus unquam ego  
 sum, nos, qui pro se quisque veritatem amplexi maxime sumus, animique sincer-  
 itatem secuti maxime, coniunctissima semper in amicitia vixisse, nec unquam  
 commisisse, ut, quod in pueris nobis neeti coeptum est amicitiae vinculum, vel  
 inuidia, vel suspicione, vel similitate, vel temporis aut locorum denique longin-  
 quitate rumpetur. Atque est haec sane virtutis natura, ut, quem ipsa per se  
 sit amabilis, ac vel in prima hominum eius studiosorum notitia amores sui exci-  
 ter mirabiles, tum amari adeo unquam desinat, et in diem existat amabilior.  
 Nolo ego commemorare ac persequi maxima minima, quae nos in schola et aca-  
 demia coniunctissimi homines mutuo amore, consilio, auxilio, gaudio, egimus, fe-  
 cimus, vidimus, audiuiimus. Tantum habeto, dulcissimam mihi esse recorda-  
 tionem nostrae potissimum *Wollianae* societatis theologieae, in qua *TV* me senio-  
 rem senior cum laude secutus es; tum illius *Wolfianae* controversiae philosophi-  
 eae, in qua illo ipso summo philosopho censore epistolam ad TE scriptam publi-  
 caui. Sed nolo, quae sunt innumerabilia, et *TIBI* per se adhuc nota, repetere.  
*Volo* magis, ac debeo etiam, quam sis *TV A* noua dignitate philosophica dignus,  
 etiam eo monstrare, quod ad *TVVM* illud philosophiae studium adiunxeris libe-  
 ralium artium partem eam, quam qui exercent, nisi ad maxime rarum genus  
 hominum eruditorum, tamen ad maxime clarum referuntur; recentiorum pu-  
 linguarum *Anglicanae*, *Gallicae*, *Italicae* notitiam. Quarum in posteriore, si  
 recte memini, iam aliquot ante annos communicasti mecum aliquam Comodiciem  
 a TE interprete accurate conuersam; in illa vero media lingua, *Gallica*, *TVAS*  
 ipse litteras mihi scribis; in priore autem illa, *Anglicana*, proxime nescio quid  
 libelli TE item interpretaturum esse, mihi nuncias. De illa vero commenta-  
 tione latina, quam in manibus habes, quamque mihi itidem amico amicus, an-  
 teaquam publicares, missisti, quid dicam? Summi *TVI*, qui *TIBI* iam obtige-  
 runt, in philosophia honores, sunt isti quidam magni, et, si externam species gla-  
 riam, maximi, me temen, quid me? optimo quoque iudice, ita comparati, et  
 TE, talem, tamque in omni artium genere praeclarare versatum hominem non  
 tam ornent ipsi, quam a TE ornentur. Praeclara virtus, quam veluti corpus

umbra, sic honor et gloria sequitur: Praeclarior tamen honor et gloria, cuius praedit ac faciem praeferit virtus. Praeclare itaque agitur cum eo, cui externus aliquis bonos habetur, multo tamen praecclarius cum eo, cui merito dudum, habebur. Quare, mi MARTINE, quanti putas ad TVAM laudem interesse, quod is et haberis, et dicieris, et es, qui, quod iam assequeris virtutis praemium, non beri denum, aut nudius tertius cum hoc externo honoris signo, sed iam pridem TVIS praecclare cogitatis, dictis, factis, es assequitur? Quarum praeclare gestarum rerum quam me socium saepe habueris, quid ni iam gaudii socium habebas?

Habes primam officii mei partem expletam, hoc est, gaudii mei veri ac ingenui significationem. Sequitur altera gratulationis pars, et item tertia, quam viramque in tria, ut discuta verba concludam. Gratias pro TE TVISque felicitate adhuc tractatis studiis Deo maximas ago, et, quod alti naturae fautori, suac ipsorum diligentiae, patronis ac fautoribus, id ego huic fautori, patrique et patrone optimo maximo ita tribuo, ut, quod tertium genus est gratulationis, enixis ipsum precibus supplex orem, velit, quod unum optatum optanda TIBI pleraque omnia complectitur, velit, inquam, TIBI post bac hodierna limina breui plena honoris fores aperire, atque adeo facere, ut quoddam in munere publico, comedique maxime honorifico maximeque fructuoso possis, quidquid solidas amplissimaeque doctrinae, ipso adiuuante, TIBI adhuc comparasti, et tanquam aliquem thesaurum condidisti, id omne, ipsius in gloriam, in honorem TVI, in usum reipublicae promere, cumulateque impendere.

Sed quae potissimum de TE hac in epistola dicere volui debueque, et dixi fere. Venio ad locum eum, quem ante constitui de me meisque fore rationibus idque propterea, quoniam in hoc genere et meum aliquod officium agitur pro TVO illo mei amantissimo mearumque rationum studiosissimo animo, et dudum ipse existimauit, oportere me accuratius ad TE de his rebus scribere. Iam credo ego, si de litteratis meis rebus TIBI scribere me velle legis ac intelligis, TIBI statim de duabus potissimum rebus in memorem venire: aut de mea viuendi docendique ratione, aut de bibliotheca nostra publica copiosissima. Nec vero de veraque scribere, et publice aliquando scribere nolo, et fecissem forte dudum, ut scriberem, nisi parim essent, qui aut meae, aut suac ipsorum gloriac inuidenter, partim horarum tanta esset paucitas ad priuata mea studia reliquarum, aut si reliquarum, certe minus continuarum, sed ita aut publicis aut familiaribus interpellationibus interruptarum, ut ad aliquam inchoatam rem non nisi ex interwallo possem recurrere. Quare, ne longior hoc loco sim, quam necesse est, omittam, aut in commodius saltim tempus reiiciam et hanc bina, et illud, quod TIBI tertium

tertium poserat in mentem venire, quodque superioribus TVIS litteris mihi nuncias; meae puto commentationis de Theologo Politico frustra Lipsiae quaestio exempla. Quae res ipsa per se leuis, mihi tamen eo molesta est, quod et aliorum mearum commentationum vix unam, illius vero, de nimio Matheos studio, (hoc est, ardore; non perspicacia; ut est illa callida interpretatio) paucissima habeo reliqua, et earum tamen interdum valde opus ususque venit: idque vel apud borum ipsorum, quos TIBI sum narraturus, aliquos viros.

Viros itaque, non me ipse, sed viros TIBI narrabo, quorum, (si me, measque, ut nunc sunt, rationes considero,) aut notitiam, aut amicitiam in maxima meae voluptatis parte pono. Neque tamen aut eos viros puto, qui, quoniam TIBI noti iam sunt, nobis quasi domestici sum, (Zwickauenses et Annaebergenses puto viros eruditos) aut eos, qui non TIBI, non nobis solum, sed omnibus, qui hodiernam rem publicam litteratam non prorsus ignorant, sunt notissimi. Quo loco continentur ii, quos in itineribus meis litteratis cognoui viros doctos, atque summos etiam. Quid enim TIBI pluribus verbis commemorem ac repeatam Gercenses, Lenenses, Vinarienses, Numburgenses, Portenses, Halenses, Wittbergenses, Nordhausenenses, Goettingenses denique viros quos conueni, celebratissimos. Sed de Goettingensibus quidem hoc unum moneam, virum illum principem, MOSHEMIVM, et doctrina, et modestia ac humanitate prorsus admirabilem, missis, quibus iterum me honestauit, litteris, beneuole excepisse, suoque suffragio dignum iudicasse iuuenem eum, quem ipsi commendau. Neque tamen possum facere, quin hoc addam id, quod habeam Zwickauiae, celebratissimi viri, qui reipublicae litteratae nunc quasi a secretis est, HEVMANNI D. commilitonem quendam olim Zizae scholasticum, cuius ego nomine et Cel. HEVMANNO salutem per litteras nunciaui, et HEVMANNI nomine per suas ad me litteras ita iubentis salutem hic renunciavi nostro. Sed quemadmodum celebratissimos illos viros TIBI expondere non attinet, quos ante hos binos annos, cum versus occidentem proficiserer, cognoui, ita nec illos, quos, cum superiore anno versus orientem, per oppidum patriam Annaebergam, cum Freybergam ac Dresdam petiti Lusatiam, Silesiamque. Quid enim ex me demum cognoscere opus est, qui, quales, quantique sint illi nostri celebratissimi Saxoniae Duumuiiri HERRMANVS, et AMENDIVS? De ipsorum eruditione et humanitate quid queraris? Sequitur ex omni multitudine consentiens vox, esse hos VIROS in vitroque genere prorsus singulares. Quamobrem ad affirmandam hanc communem laudem nihil opus est mea consentiente vocula, meaque nescio qua mibi ipsi magis honorifica expositione, quanta cum gratia me coram exceperint. Quod idem, dici non potest, quanto cum amore fecerint cel. SCHOETTIGENIVS ac KREISIGIVS,

- tum

tum Freybergac S. Ven. WILISCHIVS vterque, ac cel. BIEDERMANNVS, quem vere talem esse cognoui, qualem ex ipsis nomine germanico, e scriptis doctissimis, ex ipsis ad me datis saepe literis iudicau. Nec aegre tulit, quod ego, quia mihi partem doctorum suorum inscripsit, inscripti meos Lusus Iuueniles. Ex illis vero Lusatiae ornamentiis unius instar omnium cel. BAVMEISTERI, at cuius viri? non dicam eruditionem, (hanc enim quatuorquisque eruditus non miratur?) sed humanitatem vel eo possem nemine landare, quod me nuper item humanissimis dignatus est literis. Sed nolo ego nec hunc, nec GERLACHI-VM, nec BVCHERVM, nec ZEISKIVM, nec SEIDELIVM, nec TAVBNE- RVM, viros doctissimos aequi, ac humanissimos per se TIBI notos notiores fa- cere; illud moneam, priores illos binos hodie collegas Zittauiae, olim succeden- tes sibi fuisse Rectores scholae Vittebergensi, et GERLACHIVM quidem verbe- ne latine scribentem, dignatus nunc praecedentem BVCHERO, cum ipsi Pro- fessori simul Vitteb. Exir. successisse. Vittebergensem olim Doctorem publ. ali- um tanquam aliquam coronam Lusatiae apponam, hoc est, Consult. SPECH- TIUM, I. V. D. et Budisae Synd. quem virum, mibi velim credas affirmanti, unum ex illis esse, quos in vita humanissimos et elegantissimos vidi; et in quo, sicut in doctis Lusatii plerisque omnibus, animaduerti quasdam virtutes quasi haereditate acceptas ab ipsis Cel. Vittebergensi, quem item olim humanissimum inueni, praeceptore communi BERGERO. Huc nisi adderem nostrum, qui iam Budissae floret, amicum, ROESNERVM I. V. D. sane essem iniurius, et in ipsis singularem, qua me exceptit, et in TVAM ipsius, qui amicus amicos omitti non vis, amicitiam. Prope abest, quin faciam, ut hic interstrepat anser olores. Narrem. Rideas. Inueni ego prope Budissam in vico Goeda puellam Van- dalicam, rustici filiam, os bumerosque seruac similem, eti adcurrentem cum an- fere, locutam tamen necum latine, gallice, italice. Sed redeam ad olores, hoc est viros doctos; neque tamen eos, qui sunt in oppido oloribus quasi sacro, Cygnea, seu Zuickauia.

Nostri fore homines doctos probosque. Quare tandem aliquando ex mul- tis diuerticulis, quae solent esse familiarium, nec ante cogitarum epistolarum communia, tum mihi, si tecum nugor, propria, in viam non tam redeo, quam ve- lut ad propositum, venio; ut in hac exponam adhuc reliqua epistola, non vitas, sed nomina saltet praestantium virorum, quos mihi aut fautores, aut nouos amicos, TIBI veteri amico iam pridem ignotos esse nolui. Quod ego consilium, quia octauam iam paginam, nec opinans, procedentem video, prope abest, quin cum hafsa et calamo abiiciam, inque aliud tempus reiciam. Sed is ego sum, qui, quod coepit, lubenter perficit, nec unquam vel librum semel legi coepit dema-

de manibus, nisi perleclum deponam, ita, ut hoc modo, quos nuper per iocum hunc  
sumque numeraui, centum amplius libros maximos minimos totos perlegerim.  
Sed ad institutum pergamus.

Inter hos itaque, quos dicturus sum, doctos viros, principem locum (de Excellentissimo enim nostro Comite a SOLMS, qui et musas ipse, et nos, musarum cultores, mira gratia complectitur, dicere non audeo) teneat igitur primas VEIDLICHUS I. V. D. Regius in arce et Praefectura nobis proxima Visenburgensi Praefectus. Hic vir optimus optimo patre usus, itemque Praefecto Regio, eoque Rochlicensi, diuino praeditus ingenio, non ad meras actiones forenses, sed ad omne id, quod in eruditione summum est, natus, iam in academia vestra olim publice docuit. Docti enim viri, Doctorisque nomen et honores sua virtute, sua eruditione sibi peperit. Neque vero in Iuris tantum scientia, in qua Philosophia plurimum valet, sed in literis etiam humanioribus, et, quod caput est, in arte poetica eo peruenit, ut Horatii, aliorumque optimorum quorumque poetarum praecepta locaque optima et teneat optime, et optime suis elegantissimis poematis exprimat, tum ex utrisque etiam pleraque omnia ad hunc usque diem memoriter possit recitare. Neque tamen versibus suis abutitur ad tradicendos homines, quod si solent facere, qui aliis in rebus eruditis, praesertim in Latinitate plane rudes, planeque ignorantis, iisque, quos, praesertim latine eruditos, vident, inuidentes detractentesque id agunt, ut, quia malam ob mentem, maleque dicendi libidinem Deo hominibusque dispiacent: suis saltet rhythmis, nisi placeant magnopere, tamen, quod alias bijutorum est, risum moueant et caciennum. Quanquam, etiam si magno conatu moueant, saepe tamen, tantum abest, ut quidquam promoueant, ut ne cor quidem lapidum misere petum orpheo more posint mouere. Atque etiam quod sunt, qui lubenter admonuent suis coniuiciis rhythmificis, (de barbaris barbare loquacitatem est,) faciunt hi non favore quodam, ut illi gloriantur, sed ut coniuiciis suis apponant, quem rideant, cuiusque temerariis salibus gaudeant; saepe tamen id nimium patienter i trunque. Est autem haec sane non hominum liberalium, sed infima et miserrima conditio seruorum, ita se parasse, dominis et populo ut placarent, quas fecissent fabulas. Eant nunc cum suis nugis, ineptiis et calumnias, atque sua se iactantes ignorantia, doctos, quos ne intelligunt quidem, probosque, a quibus nec laesi, nec lacesti quidem unquam sunt viros cauillentur, et horum facetiis tanquam quibusdam spoliis detractis locupletent exornentque miserias suas ac steriles nugas itiustasque calumnias. Sed valeat indoctum hoc ac improbum genus hominum.

Ad homines bonos, doctosque viros redeamus. Illius igitur, quem dixi, viri optimi optimus vicinus est Sacerdos, qui et in ipsa illa arce Visenburgensi,

(\*\*) et

et in proxima illi villa Schoenauensi sacris praecest, vir et pietate, et eruditione  
in paucis clarus. Quo in laudando nolo multis esse, ne partium studio quid-  
quam dare velle videar. Fuit enim ab anno cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup> c<sup>o</sup> xiiii. usque ad xviii<sup>o</sup> is,  
qui bode sum ego, Con-Rector Zuickau Succedentibus ipse, nominis TVI viro  
docto, MARTINO, et, cui ego ante hos nondum tres annos successi, BRUCKNE-  
RO, viroque mortuo. Sed de KRAVSIO meo, hoc enim ipsi nomen est, quis et  
qualis sit, quaerere potes et scire e Celebratissimo IOEGHERO, D. et Prof. Lips.  
quippe qui illo, fratris tum praeceptor familiariter usus est. Quid quaeris?  
Est KRAVSIVS. M. non modo, in qua nunc versatur scientia Theologica ver-  
itatissimus, ut, si qua de quaestione sacra coepit differre, tanquam ex oceano,  
sic e dicendorum materia undique adfluentem emergere vix possit; verum etiam  
in Philosophia, Philologiaque, tum speciat.m, quod caput est, in Historia tam  
sacra, quam profana, ita, non dicam versatus, sed versutus, ut, quodcunque in  
seculum incidas, quascunque in tricas historicas maxime peregrinas, ille, sicut  
domi, undique se expeditat. Sua, cum adhuc Lipsiae Magister publice doceret,  
scripta hæc fere sunt: de Moralitate Affectuum; de Priuilegio Paschatos, de  
Vicariatu Suppliciorum, contra Socinianos. Nihil vir habet vitii, quam id,  
quod sua eruditione amplissima, sue academiacæ sue scholæ cuidam non amplius  
inservit. Neque tamen facio sui muneri deest; sed ad utrumque paratissimus,  
et huic, et hominibus omnibus cumulatissime, sibi soli nunquam satisfacit.

Plura persequi, nec KRAVSII modestia patitur, nec epistolar ratio, et  
magnitudo, nec festinatio denique, ut explicem, vel nominem potius, quos volui,  
bac ex regione viros eruditos reliquos. Agmen eorum ducunt Pastores Schne-  
bergensis et Eybenstochenis Primarii; Viri, sue vitam spectes eorum, sue doctri-  
nam, vere primarii. Quanquam prior ille, S. Reu. GRVNDIGIVS, TIBI iam  
inde ab Annabergensi Dioecesi, regione notus est. Quare non nisi duo TIBI de  
isthac significem: Capere me ex illius interdum congressu doctissimo amicissimo  
que voluptatem et utilitatem maximam; tum, quod pridem coepit, diarium, de  
rebus naturae curiosis, id iam ex intervallo ipsum redintegrare, proximeque  
eius ferculum nouum esse appositorum. Sed altius ascendam in regiones TIBI  
ignotiores, et Eybenstoichi Pastorem Prim. quem nuper demum, quod dolco, co-  
gnoui, praestantisimum excitem KICKEBVSCHIVM. Qui excellentis inge-  
nii, excelsique animi vir attulit hic secum Gedano, (ibi enim iam sacerdos fuit,)  
non bibliothecam; banc enim splendidissimam, ibi, ut tunc ipsius erant tempora,  
relictam vendidit, nec in itineribus suis, quas Holmiam, Göttingam, Lipsiam,  
et fecit, gestare secum potuit, sed attulit secum et mentem egregie altam; (aluit  
enim omni doctrinarum genere) et mores plane non vulgares. Ac in doctrina  
quidem,

quidem, quia nihil earum, quae sunt Theologum, Philosophum, Philologum, eundemque perfectum efficientes causae, artes literaeque, non dicam intactum reliquit, sed totum complexus est, difficile est constitutere in illa omnium simul consummata scientia, quod potissimum ipius ornamentum sit praecipuum. In Philosophia quidem et certavit cum vetere amico suo cel. HOLLMANNO Philosopho, cuius ego, cum Gottingae essem, in cogitando, dicendo docendoque alacritatem sum admiratus; et edidit documentum eius cognitionis non unum, prae-  
terim Geographiam Mathematicam. In Theologia vero tantus est, ut semel iterumque ipius nec poteris, nec scientis quidem habita sit ratio in creandis novis, quibus titulus est, Superintendentibus; atque vel in praesentia, viri cuiusdam celeberrimi, ad vor Lipsiam delati in locum amplissimum succedere, quod mihi quidem negat, tamen debere rumor est. De literis autem iis, quae ad humanitatem pertinent, praecipue historia tam politica, quam, quod caput est, literata, quantum vel in paucis, quibus esse cum ipso mibi contigit, horis, ab ipso profecerim, conscius mihi ipse sum. Nec vero ipso, nec ipius bibliotheca nostra lectissima per temporis breuitatem satis frui licuit. Atque hoc idem, quod mihi nuper cum ipso et domi sua et in itinere, (humanissime enim me Schreiberam usque comitatus est) versanti, idem hodie de illo scribenti mibi evenit, ut tanquam canis e Nilo bibam simul, simulque fugiam. Quod cum ita sit, collegam eius, in hac festinatione, doctum non minus ac probum virum, PI. REU BECKIV M. Ephori nostri summe Ven. BECKI! D. filium, non nisi nominare possum. Editurus hic proxime est, de Tranquillitate animi, librum. Properat oratio ad sacerdotem, olim campestrem, hodie Buckauensem, KOERNERVM, virum probum et vere germanum; qui beati VINHOLDI, Rectoris olim et Bibliothecarii Zuickau. famulus cum esset, bibliotheca nostra publ. ita sciret usus, ut ex illa potissimum, cum e congruëa cum variarum nationum hominibus, ad mirificam nescio quot linguarum notitiam peruerterit; neque vero leuem illam, sed tantam, ut, quas intelligit, praeter nostras aut eruditas tres, aut notiores illas, Italicam, Anglicam, linguas, Moscoviticam, Polonicam, Vandalicam, Sclauonicam, Bohemicam, Letticam, alias plerasque et ore posit et calamo tractare. Huius suae et linguarum et theologiae cognitionis haec quamquam spennenda documentum nuper edidit uberrimum, eo, quod librum scriptis de papae anno Iubilaei, quem, e suis, quae possidet, multis multarum linguarum bibliis s. loca multa peregrina adserentem, vel ipsae nouellae literae et doctissimum hoc in genere, et vehementissime scriptum censuerunt.

Sed ex his, quos dixi, viris discere omnes. Quid multis? Hoc ego, quod saepe dixi, in nostra dioecesi Zuickauensi cum aliqua admiratione et voluptate  
tan-

Zo 5587 QK

x2943563

-203 (112) 88-

rd 18

tanquam aliquod praeципuum animaduerto, ut virorum et omnino eruditorum,  
et sacerdotum praecipue tam in oppidis, quam villis etiam sane doctissimorum  
maximus sit numerus, quem nec innire volo, aut possum, et ex quo plerique omnes  
praeter illud commune studium theologicum, in quodam alio suo profe quisque  
studio sibi proprio et peculiari fere excellunt. Quid enim praeter laudatos illos  
et alios plures commemorem CRVSIGS, ENGELMANNOS, LORMANNOS,  
MARTIOS, MEISNEROS, MULLEROS, NIEDNEROS, OFTELIOS,  
SCHIMPEERMANNOS, SPITZNEROS?

Obe! iam satis est. Verbum non amplius addam, nisi hacc tria selec-  
mmia: FAVE, VALE, SALVE. FAVE igitur mihi, quem intus et in cœlo nosfi,  
sincero amico et prorsus tali, qualem voluerunt esse veteres Germani nostri.  
Sed qui, quum inde maximam meam, si quam mereor, laudem capere studio, ut  
vere candidus ac sincerus omnibus et videar, et dicas, et sim, optimeque erga  
optimos quosque animatus: tum inde maximam voluntatem capio, si qua ratio-  
ne mihi amicis hominibus, ac TIBI praesertim, quam sim amice erga TE ani-  
matus, non tam dictis, quam factis, declarare possum.

Quae cum ita sint, quidquid officiorum a nobis aut amicitia, aut res  
tempusque postulat, id omne, neutro rogante, scut adhuc, vterque praestabit: et  
cum alter ab altero, tum TV praesertim a me velim expecte. Quid verbis?  
TVA causa, quod pridem nosfi, magnopere omnia volo ac cupio, atque debo  
etiam. Sed VALE etiam; hoc est, non modo corporis, sed etiam animi as-  
fortunae bonis, quae in TE cadere possunt, omnibus; aut, si ita mauis, et  
rectius ut loquar, DEO semper propitio, patronis secundis, natura maxime  
faustrice semper vtere. Tum, quod tertium et ultimum est, a viris optimis,  
doctissimis, TIBIque et mibi amicissimis, Pl. Reuer. VELLERO, Diac. CLO-  
DIO M. Rect. et Bibl. SCHMIDIO M. collegis carissimis; denique ab ad-  
dente, quem prima pagina obscurè significauit, communi amico DENNLERO  
plurimum SALVE. Dab. Zuickauiae. die XX, Februar.

Anno R. S. cccccc LI.


---

ZVICKAVIAE,

TYPIS WYNDERLICHIANIS,

69 ) ⋆ ( 50





B.I.G.

Black

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Centimeters  
Inches

Q.K.263,14.  
 Z c  
 5587

nobis (1) nobis  
**NOBILISSIMO DOCTISSIMO QVE**  
**VIR O**  
**GEORGIO HENRICO MARTINO**  
**LIBERALIVM ARTIVM MAGISTRO**  
 s. p. d.  
**JOANNES FRIDERICVS NOBISIVS**  
 A. M. ET CON-RECT. ZVICKAVIENSIS.

In eo nuper cum essem, Amice Carissime, ut aliquod facerem iter, non illud quidem tam longum, quam superiora illa, sed quod tamen ad meas, ut nunc sunt, rationes literatas aliquantum spectare videbatur et valere: venit ad me epistola TVA plena ut deliciarum, ita querelarum; in qua non modo, quid sit quod tandem silerem? miraris, et cum aliqua querela quaeris, verum etiam certiore me facis, TE, meas delicias, summos esse philosophicorum honorum gradus proxime assequaturum. Qui duplex nuncius dupliciter me adfecit; dolore alter, alter gaudio. Atque de priore illo quidem genere, quod de silentio mecum expostulas, satis, ut arbitror, purgatus TIBI iam ero, nisi quidem, quod bis accidit, tertium item nobis nec opinantibus euenit, ut, quas TIBI misse res trium verborum literas minus recte acceperis. Sed haec hactenus. Venio ad rem ipsam, hoc est, gradum honoris philosophici amplissimum. Quem ego cum adsequerer ante hos acto annos, memini, a TE accipere gratulationem et amoris, et eruditiois plenisimam. Quamobrem, ubi primum TVVS de TWO proxime futuro honore nuncius ad me venit, venit etiam mihi in mentem cogitare de meo TIBI debito officio, quod, ut par pari referam, suo quidem iure videbatur postulare. Neque enim adeo sum aut immemor, ut, quae acceperim beneficia, facile obliuiscar; aut ingratus, ut ea, si qua facere possum ratione, remunerare nolim: Illud me angebat et male babebat, quod erat periculum, ne sati defungi hoc officio possem. Instabat iter; instabat dies TIBI honorificus; instabant praeter meas illas publicas priuatae quaedam occupationes et literatas et domesticas. Tum babebam in manibus aliquod opus duplex, quod ego liberar, si qua fieri posset, perficerem; sed quod, ut principia dant se se nimis turbulentia, depositum de manibus resumere vix potero. Est enim, rescio quomodo, ut, si quid litteratas rei cogito exarare, coepitis intervenire soleas occupationum

(\*)

con-